



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Verecunda superba quæ sit: propter quæ debeat quisque meritò
erubescere, & in quibusnam debeat homo seipsum continuè
repræhendere. Can. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

omni momento inquinatis vos, quare non rursus & lauetis vos? Siquidem quicquid agitis, vultis, desideratis, cogitatis & tractatis, quidquid inter vos retinetis, circa quaecumque denique occupamini, quorum ego non sum intentio ac finis, hæc omnia sunt ut pelles aut stercora, quibus oblinuntur oculi vestri, ne omnino videatis, aut minus videatis & me & vosipsos. Igitur tu ter quater ve aut quoties volueris, consuetudinem tibi facias quotidie ad conscientiam examinare eundi pro venia petenda peccatorum, utque simul videas quid interea in corde tuo versatum sit. Hæc occasione multa reperies deffenda, multa delenda, quæ alioqui in obliuionem sine dolore abiissent.

De continua reprehensione sui ipsius.

CANON IX.

NIHILOMINVS OCVLVM debes habere vigilantissimum ad teipsam, ut illic sentias quid tibi desit, quid assit, quid solliciter, quid incidat, quid denique moretur in te vitiosum. Illudque mox ut nasci cœperit, mox ut senseris, elimina, teque repræhendas ac doleas: mihique conueraris tuam infirmitatem, instabilitatem, malitiam & turpitudinem. Quapropter teipsam indefinenter considera, ac sine simulatione diiudica. In omni acta, in omni verbo, in operibus quoque ac studiis pijs debes teipsum discutere, quia nihil purum, nihil sanctum, nihil ex omni parte integrum in te inuenies. Quicquid optimum apparet, si rectè consideras, inuenies quod summopere in eo sit lugendum. Dic mihi, si omnia que in vita egisti tua vnquam, appenderentur in statera, an aliquid, de quo pronunciare posses, quod bonum foret, inuenies? Minime. Debes igitur teipsam in omnibus repræhendere, & sanctæ tranquillæque compunctionis materiam in teipsa quarere, gemendo, quod bona (quæ si facis) etiam non sunt ea integritate, non ea sinceritate, non ea intentionis puritate, nec eo deuotionis feruore, quo fieri deberent, facta. Plurimum quod multa negligentia, multa vitia, multi defectus se interspergunt, & te quotidie inquinant: ut merito omnis etiam iustitia tua panno menstruatæ debeat comparari. Semper ergo teipsam arguas, nec sine increpationis zelo, sine dolore gemituue compunctionis transire permittas, quoties in te depræhenderis quamcumque inutilem cogitationem aut otiosum sermonem, aut temporis breuissimi omissionem, aut inordinatam affectionem, aut sensus alicuius delectationem in qua requieuitisti: aded ut vita tua sit iugis compunctio. Hæc verò omnia facias per conuersionem cordis tui ad me accedens, ut mecum omnia tractes, mihi necessitatem tuam exponas, me contra te inuoces: remedium, consilium, auxilium à me postules: teque ad extremum relinquens, totum mihi offeras.

Verecundia superba que fit: propter que debeat quisque merito erubescere, & in quibusnam debeat homo seipsum continuè repræhendere.

CANON X.

SVNT autem quotidiana quedam, in quibus ferè omnes delinquitis, quæ merito tibi compunctionis præbent occasionem, & continuè erubescendi, teipsam repræhendendi, humiliandi que ministrare debent materiam. De his seruius mecum

Bona

Repræhendere uti quisque seipsum debeat in omnibus. Esai. 64.

Vita hominis ut debeat esse iugis compunctio.

Bonauentura acerrimus vitiōū persecutor, sic inquit: Signum superbiæ videtur esse, nimis erubescere de illis defectibus, quos natura indidit, vt de deformitate corporis, vel ruditate vocis & similibus: de vilitate verò vestis & humilibus obsequijs erubescere, præsertim in homine religioso, grauis superbia est.

Vitium vel scandalum erubescere, vnde vel DEVS offenditur, vel aliquis scandalizatur. Apud teipsum erubescere de peccatis tuis, de torpore in seruitio DEI, de negligentia bonorum, quæ posses facere & deberes: quod tempus defluit, & profectus virtutum non crescit: de hypocrisi, quod foris melior vis putari, quam intus te inuenis: quod vitia tua abscondis, non timore quod alijs noceant, sed metu displicendi, & ne vilipendaris: quod per bona quæ ostendis, vis videri & placere hominibus, vt ex his suspicentur te habere multo plura & maiora in occulto, quandoquidem hæc foras prodeant quasi te dolente, quod vix aded habes familiarem aut vnamimem, à quo velles in omnibus agnosci, sicut teipsum agnoscis.

Quod etiam fit in confessione quandoque, dum licet non audeas peccata tua suppressere quin accuses, tamen in illis quibus te magis displicere times, ita ordinas verba, præmittendo, subiungendo ac colorando, quo minus appareant verecunda: vel si fortasse plus nudèq; profers, gloriaris & vis apud confessorem sanctus æstimari, quod tam humilis sis, qui te magis quam necesse sit, studeas confundere confitendo.

Quod cum tentationibus vitiorum, maxime carnalium ita pugnas desidiose, vt solo timore, periculo vel confessionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu carnis arrideas, solo consensu operis & morosæ delectationis excluso. Et in hoc maior apparet peruerfitas, quod cum facile quandoque posses huiusmodi tentationes quasi muscas immundas abigere, ex negligentia eas permittas crescere & calcæscere & conualescere, donec confortata, plus habeant periculi, & difficilius vincantur, atque conscientiam sapius pulsando confundant. Quod ita desidiosus es ad ea quæ DEI sunt, & ad virtutes, vel quæ ad deuotionis studium pertinent, vt pudor humanus plura ex te vel à te magis extorqueat, quam amor diuinus.

Quod ita es ingratus Dei beneficiis, vt non solum debitas non agas gratias de perceptis, sed gratiam oblatam paratamq; in vacuum recipias, & vteriora negligas, ad quæ sentis tibi arridere gratiam, occupans te interim studijs vanioribus, quasi qui texat aranearum telas, quæ nihil ad salutis vestem conferant. Quod illa ad quæ teneris facienda, vt sunt horæ Canonice & huiusmodi, tam negligenter tanq; desidiose persoluis, vt non tam meritum, quam supplicium inde expectes: quia et si verba ore vtuntq; proferas, corde tamen tam es vagus ac frigidus, vt neq; sensum orationis percipias, neq; deuotionis affectum.

De verbis quoque ipsis plurima defluunt acceleranti. Atque vtinam non pauciora transilias omittendo, dum non attendis si dixeris nec ne, nisi forte ex coniectura alicuius verbi, quasi ex caudæ apprehensione æstimes te dixisse. Has autem negligentias et si patienter quasi non aduertat, dissimulet DEVS, nihilominus tamè odit, numerat, seuere iudicat & graniter punit, nisi præueniatur facies eius in confessione humili, in satisfactione & emendatione. Quod ad omnia quæ ad corporis aut curam aut commodum pertinent, studiosissimus es: quæ verò ad spiritus profectum, vel ad fraternæ charitatis exhibitionem, vel ad prælati obedientiam, vel ad carnis castigationem, maxime es deses. Quod etiam hos aliosq; huiusmodi defectus in te aduertis, non tamen propterea terreris, non compunge ris, non discitis, non cor-

Bonauentura.
Verecundia
superba quæ
fit.
Erubescendum propter quæ fit homini.

Negligentias in diuinitas Deus quam seuerè iudicat & punit.

rigis quasi aliter tecum, quam cum omnibus alijs Deus acturus sit: videlicet, ut mala tua, quæ non corrigis, impunita maneant. Hæc sunt filia quæ (ut seruus meus recensuit) te debent humiliare, & compunctionis materiam administrare. Sunt tamen nihilo minus alia singularia ac propria, sagaciter ab vnoquoque vestrum exploranda, fortiterque aut mortificanda, aut abijcienda. Sunt præterea quædam aliam generalem, quæ impediunt aut retrahunt à profectu, quæ suo loco manifestabuntur.

Quod actionum, exercitiorum ac studiorum omnium certus aliquis sit scopus ac finis præfigendus.

CANON XI.

Nihil autem tam studiosè querendum, pro nulla re ad eò certandum è filia, quam ut habeas puritatem cordis. Nam cum nulla sit actio, nullum studium, quod suum non habeat scopum, finem atque destinationem, quin potius ars omnis per certa aliqua media exercitiave ad finem aliquem (qui finis primum quidem est quod animæ proponitur, licet vltimum sit quod obtineatur) suos conatus mittit, quanto magis studiorum vestrorum, puta exercitiorum, tum corporalium, tum mentalium, lectionum, meditationum, mortificationum, (ut corporalia externatè opera taceam) finis esse debet aliquis, propter quem fiunt. Cogita ipsa, nisi scias aut animo ante conceperis quo currendum sit, nonne frustra arripis cursum? Sic cuilibet actioni dare est finem suum; quo adeptò, iam non est alius ad finem, sed quies.

Puritas cordis & charitas ut sit finis vitæ spiritualis.

CANON XII.

Ad hunc modum in vita verè Christiana, in vita spirituali (cuius innumera sunt studia, actiones, conatus & fatigationes, donec vitia mortificentur, acquirantur virtutes, ac tandem vni Deo inhæreatur) finis est puritas cordis: finis inquam, non omnino vltimus, qui quidem ego sum seu charitas, sed finis (ut vocant) instrumentalis, finis quo referenda sunt omnia studia & exercitia vestra tanquam ad nobilissimum instrumentum, quo obtineatur finis vltimus, videlicet charitas, quæ est ut diligatis me purè propter me, & in omnibus quæ facitis aut committitis, in omnibus quæ eligitis aut respicitis, meus honor ac beneplacitum meum solummodo ac purè queratur, ad eò ut propter me, è filia, & te ipsam, & omnia alia contempnas, me cunctis præferendo. Atq; id eò omni conatu quicquid agis, quocumque te vertis, quicquid intendis, quicquid incipis, tantum debet tibi illud placere, tantum admitti, quantum conduxerit cordis puritati.

Charitas
vota quæ sit.

Ut cuncta quæ puritati cordis aduersantur respuenda sint, quo item eadem puritas referenda sit.

CANON XIII.

EA igitur, quæ alioqui virtuosa laudatè ac merito digna videntur, si aduersantur puritati aut charitati, iam admittenda non sunt, sed posthabenda. Nihil